

**D. DIONYSII // A RICKEL CARTHVSIANI, // de perfecto
mundi contemptu, // ut pius ita utilissimus heptalo- // gus**

Dionysius <der Kartäuser>

Coloniae, Nov. 1530

Contra eos, qui amplius timent, vitant & odiunt malum pœnæ qua[m]
malum culpæ.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55472](#)

RT

DE ENORMITATE PEC. Fo. 91^r



Imor est fuga seu detestatio mali.
Quo ergo quid peius est, eo fugibili
us & fortius detestandum esse con
uincitur: quum malū sit timoris ob
iectum. Porro iam patuit, q̄ malū
culpæ sit fugibilitatis immensæ: ma
lum autē poenæ ieu ipsa peccati punitio, vel quæ
cunque aduersitas afflictiva, non est in se absolu
te malum aut simpliciter fugiendum: sed a deo iu
ste infligitur, estque ad deletionē peccati & gra
tiæ infusionem in seculo isto proficuum: in purga
torio quoque delet peccati reatum, in inferno au
tem, est diuinæ iusticiæ opus & culpæ ordinati
uum: quā muis sit ipsi damnato nocuum. Quum
ergo hæc ita se habeant, q̄ imperfecti, uiles, et pu
eriles existunt, qui in uita hac potius timent et fu
giunt iusta in pro peccatis suis punitionem, incre
pationem, confusionem: q̄ ipsam peccati foedissi
mā deformitatem, diuinæ sanctitatis offendam,
ac dei altissimi inhonorationem. Isti sunt inordi
nati ac miseri, in quibus diuino amori præponde
rat amor priuatus, in quibus maior est timor ser
uulis quam filialis, qui plus honorant ac metuū
a specium iudiciumque humanum quam diui
num: non verentes agere deo præsente ac intuen
te, quod homine iudice conspiciente, operari for
midant. Hi de proprio magis tristantur tempo
rali seu corporali incommodo, damno, atq; sup
picio: quam de dei offensa, de gratiæ amissiōe,
de animæ suæ læsione. Isti appropinquāte aut im
mīnente humano examine atque iudicio, emen
dationem quādam prætendunt ac simulant: sed
eo qui timebatur absente, & in breui ad iudican
dum ac puniendum non redituro, viuunt ut an

N iij te, Eia

D I O N Y S. C A R T H.

te. Fia ergo mi prædilecte, deum syncerissime
midemus: malum culpæ incomparabiliter odimus,
iustum punitionem in hoc seculo cordi-
ter affectemus, hilariterque feramus: damno
animæ seu peccatū, magis quam temporalium
rerum amissionem, aut corporis afflictionem
delissime defleamus. Postremo hæc omnia in-
plete poterimus, si illud Salomōis proverbiis
septimo efficaciter attendamus, Fili honoris
um, & valebis: præter eum vero ne timueris
enum. Hinc rursus ait scriptura, Qui timet de-
nil trepidabit. Qui timet hominem, cito corru-
s. Pe., 2. Non q̄ superiores nostros neq̄ aquam mentis
debeamus, quum Petrus dicat Apostolus, Sed
subdit i estote dominis vestris, cum omni timore
sed q̄ timendi non sunt ut homines, sed ut de-
carni ac ministri: ne propter eorum timorem
um in aliquo offendamus. Pro gratia ad ipsius
perfectionem in isto articulo iam descripsi-
misericordissimum deum indesinenter cordi-
terque exora.

Quomodo diuersi diuersis ex causis
motiuis virant peccata.

Art. X V I.

Pæterea sunt qui a vitijs retrahuntur solo seruili timore, hoc est, po-
rum formidine: non æternæ felicitatis affectu, neque ipsius dei syn-
amore. Isti quādiu huiusmodi
nihil merentur: tamen huiusmodi
timor ad charitatem gratiam q̄ disponit in eo
retrahit a peccato. Nil quippe meritorium de
æternæ, deoq; gratiæ ac placitum: nisi ex de-
citate dei procedat, atque amore iusticie for-